

280

dimittit. sicut in uento vitam suam dat mortem. ergo infusio gratie procedit. Rursus
dicendum secundum alium et alium respectum infusio gratie procedit et sequitur. Pro quo
notandum secundum sanctum thomam quod omnis prioritas secundum ordinem nature aliquo modo re-
ducitur ad ordinem cause et causati. quod principium et causa item sunt. In causis au-
tem premitur quod item est causa et causatum secundum diuersum genus cause. ut. ij. phisicorum
et quinto metharorum. sicut ambulatio est causa efficiens sanationis. et sanatio
est causa finalis ambulacionis. et ita similiter de habitudine. que est inter materiam et
formam. quod secundum genus cause materialis materia est causa forme quasi sustentans
ipsam. et forma est causa materie quasi faciens esse actu secundum genus cause formalis
Et parte autem cause materialis quod se tenet secundum quandam reductionem omne illud per
quod materia efficitur. per se. huiusmodi forme sunt dispositio et remotio impedimento-
rum et ideo in generatione naturali quod corruptio unius est generatio alterius per se quod for-
ma una introducit et alia expellitur remotio forme persistens se tenet ex par-
te cause materialis et ideo secundum ordinem cause materialis procedit naturaliter intro-
ductione alterius forme. Sed secundum ordinem cause formalis e converso quod forma finis
et agens coincidunt in idem numero vel specie ideo etiam in ordinem cause efficiens intro-
ductio forme prior est. quod forma introducta est similitudo forme agens per quas
agens agit. Et similiter in ordine cause finalis. quod natura principaliter intendit in-
troductionem forme. et ad hanc ordinat expulsiorem omni cui quod non potest stare forme intro-
ductio. Quia cum gratie infusio et remissio culpe se habent sicut introductio unius forme
et expulsio alterius. placet quod secundum ordinem cause materialis remissio culpe prece-
dit infusio gratie sed secundum ordinem cause formalis efficiens finalis infusio gratie
naturaliter prior est sicut extirpatio uiciorum de operari ad virtutum ingressum per modum
cause materialis. Ad rationes in oppositum. per responsio ex dictis

Ad terciam questionem sic proceditur Et videtur quod non
attribuat uenienter fidei operatio miraculorum. Primo sic. Sic enim gratis da-
te a uirtutibus differunt eo quod uirtutes sanctis omnibus sunt communes. Gracie gratis
date diuersimodum distribuuntur secundum illud. 1. Cor. xij. Diuisioes gratiarum etc. In eodem
capitulo dicitur. Alijs dat operatio uirtutum etc. quod facere miracula non est attribuendum
fidei. Si dicatur quod attribuitur fidei sicut merenti. gratie autem gratis date tanquam
exequenti. Contra est quod dicit glossa super illud ad actus. vij. Nonne in nomine tuo propheta
tauimus etc. quod prophetare. uirtutes facere. demones eicere. interdu non est me-
riti illius qui operatur. sed ex immo. caritate uoluntatis. quod nec sic est fidei attribuendum
Secundo sic. Caritas est principium et radix merendi. quod fides in forma mereri non
potest. si ergo fidei propter meritum attribuitur operatio miraculorum magis est attribuenda
caritati. Tercio sic posita causa ponitur effectus. si ergo fides est causa faciendi mi-
racula omnes qui fide habent miracula facerent. quod potest esse falsum. ergo non est fidei mi-
racula facere. In oppositum est enan. ierem. ubi dicitur. fides tua saluum te fecit. Re-
spondeo dicendum in uita sancti thomae in libro de potentia dei. quod uenienter uir-
tuti fidei attribuitur operatio miraculorum. Hanc conclusio ex illo ad actus. vlt. Sig-
na autem eos qui crediderint hec sequentur etc. Item ad actus. xvij. dicit dominus. Si ha-
bueritis fidem sicut granum sinapis dixeris monti huic. tras si hinc. et transibit.